si ille possessiones fuissent obliga-
te. qualitᷣ fuisset necesse illas vendi
cū ipse potuissent peti. Immo nec
potuissent licite alienari cū res trā-
seat cū onere suo ut ꝑostensū ē. Et
sic malū cōsiliū dedisset ibi papa.
Et sic ex ꝑdictis patet ꝙ dominiū
regulariter transfertᷣ in vsurariū.
⁊ ꝙ nulle res ipsiꝰ sūt obligate ꝓ
vsurarū restitutiōe. ꝫ ꝑsonalis tm̄
actio cōpetit ꝯ ipsū. Sꝫ ad clario-
rē ꝑdictorꝫ itelligētiā distinguēdū
est. ꝙ aut res habite ex vsuris sūt
quesite per pactū legis cōmisso-
rie. i. ꝙ nisi soluatᷣ debitū infra cer-
tū tēpus pignus perdatᷣ. aut non.
Primo casu nō trāsfertᷣ dominiū.
quia h̄ pactū reprobatᷣ in pignore

C. de pac. pig. l. fi. et ideo ex eo nõ
põt transferri dominiũ. qz qñ ali-
quid ꝓhibet. et omne illud qd̓ de-
nit ex eo uel ob id. l. nõ dubiũ. C.
de legi. Vñ accipiens res huius-
modi semꝑ ad restitntionẽ tenet.
cũ rem alienam accipiat. Et h̄ ca-
su obtinet opinio ꝑma. 2ª. casu qñ
res non sunt quesite ꝑ pactũ legis
cõmissorie. si vsurarius ẽ soluẽdo
nullatenus ad restitutionẽ tenet
qui ab eo rẽ accepit. etiã titulo lu-
cratiuo. ut in sũ. dicta. q. i5. Fallit
hoc in oblationibus manifestorũ
vsurariorꝫ. ut ꝑostensũ est per. c. qz
fere. ex̄ eo. Si ṽo vsurarius nõ est
soluẽdo. tũc qui habuit ab eo rem
titulo lucratiuo eo tpe quo iã non
erat soluendo. oĩo videt teneri ad
restitutionẽ. Sed si eo tpe quo ac-
cepit vsurarius erat soluẽdo non
videt teneri. lꝫ postea sit factus nõ
soluẽdo. nisi forte quis accepisset
acquisitũ ex vsura. tũc eni qñcũqꝫ
vsurarius efficiatur nõ soluendo
talis obligat ad restitutionẽ. Si
ṽo quis habuit rẽ titulo oneroso.
tunc si aliq̇d recepit scient in frau-
dem creditorꝫ. i. ꝙ per hoc debitor
efficiatur minus potens ad soluẽ-
dũ uel magis habilis ad fugien-
dũ. tenet ad restitutionẽ. al nõ. Et
hec oĩa possũt colligi s̄. restitutio
ꝑ. §. i3º. in additione. ṽ. itẽ nullus
Et ex his diligẽter intuens potest
agnoscere qualit familia vsurarij
uel vxor seu filij. et quicũqꝫ alij ab
eo aliquid accipientes ad restitu-
tionem teneantur. B
¶ Pone ꝙ laicꝰ tenet iniuste ali- i4
quam possessionẽ ecclesie et impi-
gnorat ipsam possessionem rectori
ecclesie ipsius. nũquid iste rector
poterit recipe fructus illius posses-
sionis vltra sortẽ? Rº. ꝭm Ray.
Sic. nã et clericus in hoc casu nõ
recipit vsurã. sed recipit qd̓ sibi de-
betur. ex̄ eo. c. ꝑ. in fi. Nõ aũt dicit
Ray. ꝙ in ipsa decretali dicit ꝙ h̄
fit ut res de manu laici redimatur.
Q̄uis bñ dictum sit. tñ eodem mõ
quilibet laicus posset recipe fructꝰ
sue rei seu aliꝰ qui iniuste teneret
eam pignoraret sibi. ut nõ. i dicto
c. ꝑ. A . s. in glo. et per Vl. in sũ.
eo. ti. q. i6. B . Al ṽo fructus pi-
gnoris et etiam vsus in sortem cõ-
putari debet. ut s̄. pignꝰ. §. 1º. A
Con. predictis Hosti. et Vl. ut in
dicta. q. i6. B
¶ Vtrũ vsure possint peti quasi i5
interesse. Rº. ꝭm Ray. Sic. ut si fi-
deiussor soluit vsuras creditori po-
test eas repetere a debitore. quia
non sunt vsure sed interesse. i. non
est lucrũ ꝫ vitatio dãni. A . Idẽ
i dicta. q. i6. ꝭm Ray. Hosti. et In
no. Sed aduertẽdum ꝙ interesse
nõ solũ ꝯsideratur etiã i hoc circa
damnũ emergẽs. sed etiã circa lu-
crũ cessãs. ꝭm dñm Anto. de bu.
in. c. salubriter. ex̄ eo. de q̄ latius s̄.
restitutio ꝑ. §. 4º. in secũda addi-
tione. Et de hoc etiam dicitur ad
fi. huiꝰ. §. ibi. et adde et c̄. B . De
h̄ casu Tho. 2ª. 2e. q. 78. dicit sic.

Ille qui mutuū dat pōt absq; pec-
cato in pactū deducere cū eo qui
mutuū accipit recōpensationē dā-
ni p quod subtrahit sibi aliqd qd
debet hr̄e. h̄ enim nō est vendē vsū
pecunie sed damnū vitare. Et pōt
esse q accipiēs mutuū maius dā-
nū euitet q̄ dans incurrat. Unde
accipiens mutuū cū sua vtilitate
dānū alterius recōpensat. R ecō-
pensationē pro dicti dāni quod cō-
sideratur ex h̄ q de pecunia non lu-
cratur nō pōt in pactū deducē. quia
nō debet vendē qd nondū habet ꝛ
pōt impediri multipliciē ab haben-
do. h̄ Tho. A .Hoc verū ut fiat
pactū de lucro certo p incerto. al'
bñ pōt peti interesse ꝛ ꝯsequēter in
pactū deduci interesse lucri cessantis.
ut tactū ē ꝛ h̄ sequit. B .Et ad-
de qd idem Tho. dicit. 2ª 2ᵉ q. 62
q ille q̇ detinet pecuniā alterius
videtur eū dānificare impediēdo ne
adipiscatur qd erat in via habēdi. ꝛ
tale dānū non oportet ex equo re-
cōpensare. tenetur tñ aliquā recōpē-
sationē facere fm ꝯditionē psona-
rū ꝛ negociorum. A .i. fm arbitriū
boni viri. ut colligit in locis de q̇-
bus sequit. H .Et circa hūc ca-
sum facit quod dicit. j. §. 26. qui
incipit. Sed nūquid ē vsura. ꝛ h̄
j. post tres. §.

16 ¶ Pone quidā gener hz recipere
dotem a socero. mō socer dat ei in
pignus aliquas possessiones de q̇-
bus gener pcipit fructus. Querit
vtrū possit sine vsura. uel teneatur
fructus cōputare in sortem ? R.
Qñ maritus sustinet onera m̄ri-
monij nō tenetur cōputare fruct⁹
in sortē. al' sic. ex̄ eo. salubrit. ꝛ. ff.
de doli excep. l. pr̄. A .Et oportz
q ista onera sint certa scōm dūm
Anto. de bu. in dicto. c. salubriter
ꝛ sic nō poterūt fructus retineri cū
sorte vltra indubitatā onerū quā-
titatē. Item oportet q fruct⁹ sub-
ijciātur fortune. Unde si gener p
dote soluēda certo die recipit cau-
tionē ꝛ pmissionē cū pacto q in-
terim certa quātitas solui debeat
p oneribus m̄rimonij supportan-
dis. talis ꝯuentio illicita ē ꝛ vsu-
raria. nō obstāte dicto. c. salubrit.
q2 ibi dicit qñ p pignore data est
possessio. h̄ in casu pposito aliud ē
Nā possibile ē q ex possessiōe cui⁹
fructus submissi sūt fortune nul-
los habebit fructus. ꝛ sic nō habz
ita certū emolumētū sicut in casu
pposito. fm Hosti. ꝛ Jo. an. ꝛ nōt
dñs Anto. in dicto. c. salubriter.
Itē oportet q dos sit pmissa sim-
plicit. Nā si gener pacisceretur de
recipienda dote ad certū terminū.
ꝛ interim pciperet fruct⁹. dicti fru-
ctus cōputarent in sortē. q2 interesse
nō pōt deberi añ morā que nō pōt
adesse durāte termino scōm dñm
Anto. i loco vbi s̄. Et addit. Idē
dico in re pignorata cui⁹ fruct⁹ sūt
certi. q2 forte illa res est locata ad
affictū uel pensionē. uel talis res
ē domus quā gener locat ꝛ recipit
pensionē. s. q oēs istos fructus

teneť gener cōputare in sortem. Et
sic inquit dico h. c. intelligēdū qñ
dos fuisset simpliciť ꝓmissa. postea
cū nō solvereť ad cautelā genero
sit pignorata possessio. ut si dicat
gener. Ego sustineo onera matri-
monij. da dotem. ⁊ socer dicit. nō
possū. tunc si gener dicat. saltē su-
stineas onera mr̄imonij. isto casu
pōt gener dictos fructus ꝓ intēesse
recipere. dum tñ onera mr̄imonij
certa sint. ⁊ sic intelligo istam ma-
teriam. h. c. ille. B

17 ¶ Pone ꝙ gener dictā possessio-
nē cū omni iure qḋ ibi habet cōce-
dit alteri recepta ab eo sūma que
sibi ꝓ dote debebať. nūquid poterit
ille lucrifacē fruct⁹ ꝑceptos sicut
poterat gener? R°. ꝭm W. Si ge-
ner aīo donandi trāsferat totū ius
qḋ habebat in pignore. ⁊ hoc facit
nō ꝓpter pecuniā quā recepit ab eo
ꝭ quia ꝯiūctus uel amicus eius ē
⁊ ille amicus non ut lucreť fruct⁹
mutuat pecuniā. ꝭ ꝓpter caritatē
aut grām. absqꝫ ꝑiculo vsure pōt
fructus lucrifacere. alř nō. A. qꝛ
nō est iste ꝯtractus ꝓprie mutuū.
nisi sit ꝯuentū ꝙ gener teneať nu-
merāti reddere pecuniā si voluerit
ille repetere. in q̄ casu vsura esset si
ille vellet lucrifacere fruct⁹ ꝭm eū-
dem W. ⁊ in sū. eo. ti. q. 17. B

18 ¶ Quid si post mortem viri here-
des eius obligant vxori possessio-
nē ꝓ dote. nūquid fructus cōputa-
būť in sortem? R°. ꝭm Hosti. Di-
cas ꝙ sic. ff. de solu. titia. Idem
Inno. Sit ṫ cauta mulier. ut nō
recipiat rē in obligationē. ꝭ uł fa-
ciat eā distrahi. uel recipiat in so-
lutū. ff. de re. iudi. a diuo pio. alio-
quin fructus extenuabūt sortem.
A. Idem in sū. eo. ti. q. 18. Predi-
ctis etiā con. Jo. an. ⁊ dñs An-
to. de bu. in. c. salubriť. ex eo. B

¶ Utrū vsure sint licite rōne mo- 19
re. R°. ꝭm Ray. Sic. utputa debui-
sti mihi centū. ⁊ qꝛ in termino nō
soluisti oportuit me accipē pecuniā
sub vsuris. tu teneris mihi restitu-
ere illas vsuras si solui. uel libera-
re me ab ipsa obligatione. A. si
non solui ꝭm eundē Ray. ⁊ in sū.
eo. ti. q. 16. B. ex de fideius. ꝑue-
nit. et. c. ꝯstitutus. tunc. n. petuntur
quasi interesse. ut in ꝓcedēti. §. 16°.
dictū est. q̇ incipit. Utrū vsure pos-
sint peti. Et hoc licet. 14. q. 4. qm̄.
⁊ idē nō. ibi. et. 12. q. 2. si q̇s de cle-
ricis. Idem Hosti. A. Con. etiā
Goff. ut in dicta. q. 16. qꝛ isto casu
nō sūt vsure ex parte petentis. sed
verum interesse cū agat de damno
vitando. B

¶ Nūquid cōmittiť vsura qñ ab- 20
solute crediť pecunia ꝓ simili pe-
cunia. uł res ꝓ re. ut granū ꝓ gra-
no ⁊ h⁹? R°. ꝭm W. Si verisimi-
le est ꝙ pecunia uel argentum uel
alia res erūt cariora tpe redditio-
nis q̄ sint nūc tpe dationis. ⁊ cre-
ditor illā pecuniā nō erat seruatu-
rus vsqꝫ ad tēpus illud. vsura est.
Si uo erat seruatur⁹. ut sic seruā-
do lucrareť. distigue. qꝛ si creditor

aufert debitori libertatē soluendi
qñcūqꝫ velit·vsura ē.qꝛ ꝓsumitur
ꝙ ideo crediderit ut debitorē one/
raret periculo.⁊ se exoneraret.ꝭ si
concedat ut reddat qñ velit·nulla
vsura ē. A .Si tñ corrupta intē/
tione ꝭ faciat ut se exoneret a pe/
riculo seruādi·peccat.non tñ cre/
do eū teneri ad restituendū lucrū.
lꝫ hoc esset ei ꝯsulendū in pnīa.uel
ꝙ daret paupibus.ꝭm eundū W.
⁊ in sū.co.ti.q.19. B .Similiter
nō ē vsura qñ verisimilr̄ dubitat̄
vtrum argentū uel res alie debeāt
valere plus uel minus.ex̄ eo.na/
uiganti. A .Con.Ul.ut in dicta
q.19. B

zj ¶ Quid si quis mutuet pecuniā
recepturꝰ ad certū terminū alteriꝰ
generis monetā uel in alio loco
ul̄ aliā rem? R.ꝭm Hosti.Si ꝭ
ideo facit ut in estimatione lucret̄
vsurarius ē. A .Secus si nō fa/
cit ad finē lucri.ꝭ ad obsequiū re/
cipiētis.tunc.n.licite pōt recipere
rem ꝭm estimationem tpis ⁊ loci
qñ ⁊ vbi facienda est solutio.ff.si
cer.peta.l.vinū. B sicut ⁊ hi qui
de nūdinis in nūdinas mutuāt.⁊
ꝙtūcūqꝫ sub specie venditionis ul̄
alterius ꝯtractus palliet̄.quicqd
accedit sorti vsura ē.ex̄ eo.ꝯsuluit
14.q.3.pleriqꝫ.et.q.4.si quis cle/
ricus. A .Idē in sū.co.ti.q.20.
Et hec faciūt ꝓ cambijs ut qcqd
campsor ꝓ cābio accepit vltra ꝙ
dederit excepto moderato lucro.
qd pōt cōputari ex labore ⁊ sūpti/
bus negociationis.de quo s̄.ne/
gociatio.§.3.ͦ in additione·vsura/
riū iudicet̄. Et ex his poterunt di/
scerni q̄ cambia sint illicita. B

¶ Quid si pena apposita ē in cō/ zz
tractu mutui nūqd pōt peti absqꝫ
vsura? R.ꝭm Ray.Si pena fuit
a iudice imposita ꝓpter puniēdam
ꝯtumaciā debitoris.qꝛ non soluit
in termino cū posset·nō est vsura.
ar.23.dis.ꝙ.ff.de iudi.q̄ aucto/
ritate. A .Melius facit.l.i.ff.si
quis ius di.nō obtēp. Et ꝓdictis
con. Inno.in.c.suā.ex̄ de pe.⁊ hoc
multo magis obtinet in pena le/
gali.in Auten.ꝯtra quiꝓpriā.C.
de nō nu.pecu.⁊ sic nō ꝓsumeretur
pena i fraudē vsuraꝝ.etiā si iudex
diceret ꝙ debitore nō soluēte mu/
tuū post statutū terminū singulis
mēsibus uel annis soluat tantū.
nā ꝭ nō venit in vtilitatē iudicis.
Itē quia ꝓsumit̄ iuste factū id qđ
fit a iudice.ff.de acqren.pos.l.iu/
ste.⁊ multo minus ꝓsumeret̄ ista
fraus in pena posita a lege. Et iđ
videt̄ licite peti.⁊ multo magꝭ reti/
neri posse pena a lege seu statuto
imposita.si forte dicatur ꝙ ex cō/
tumacia nō soluentis mutuū seu
aliud debitū singulis mensibꝰ uel
annis tantū soluat ꝓ pena·maxi/
me si hoc fieret ex pia causa.puta
ꝯtra nolentes soluere dotē uel alia
debita miserabilibus personis.ut
pupillis·minoribus·paupibus ⁊
similibus. Aduertēdū tñ ꝙ si di/
cta pena apponeretur a iudice de

ꝯsensu partiũ deberent attendi cõ-
iecture que in h. §. subrogant̄. ac
si pena esset ꝯuẽtionalis ⁊ nõ iudi-
cialis. qꝛ in h iudex magis sequit̄
voluntatẽ partiũ ꝙ̄ suam. ff. de re
iudi. l. si ꝯuenerit. Idẽ puto ſi fie-
ret i iudicio collusio. puta qꝛ par-
tes fingerent se litigare ⁊ tandem
debitor ꝑmittit ꝯtra se sniam ferri
ut sic creditor videat̄ eũ hr̃e obli-
gatũ ex hac snia ad tollẽdã suspi-
tionẽ vsuraꝝ sicut audiui interdũ
cõtigisse. Plus. n. debet valere qḋ
agit̄ ꝙ̄ qḋ simulate cõcipitur. C.
plus valere qḋ agit̄. ꝑ totum. Et
satis p̄sumi põt ista simulatio. qñ
ille in cuius fauorẽ lata ẽ snia sit
vsurarius. sicut de simili in pena
nõt Inno. in dicto. c. suã. ꝓpter qḋ
audiui alicubi statutũ fore ꝙ nõ
valeant snie late in fauorẽ eorũ q̇
ꝓbant̄ vsurarij. ⁊ bonũ ẽ. B. Si
etiã pena de ꝯsensu partiũ sit in cõ-
tractu apposita. ad hoc. s. ut saltẽ
metu pene debitũ soluat̄. vsura nõ
cõmittit̄ nisi a p̄ncipio fuerit pra-
ua intẽtio. ar. dicti c. ꝙ̄ꝙ̄. ⁊ de ar-
bi. dilecti. Sz tñ p̄sumit̄ in frau-
dem si ille al' ꝯsueuit esse vsurari⁹.
ff. de act. emp. ⁊ ven. l. iulianus. ff.
de pig. ac. l. uel vniuersoꝝ. Ite p̄su-
meret̄ vsura si ꝑ singulos menses
uel annos dicat̄ pena cõmitti. ar.
C. eo. Auten. ad hec. Sed tñ in iu-
dicio anime stabit̄ eius ꝯfessioni.
Con. hosti. A. Con. etiam Al.
ut in su. eo. ti. q. 23. Idem etiã nõt
Inno. in. c. suã. extra de pe. ⁊ dñs
Anto. de bu. in. c. ꝯquestus. extra
de vsuris. B. Tamẽ in omni euẽ-
tu non videt̄ honestũ petere penam
imo etiã nec licitũ qñ debitor sine
culpa sua factus ẽ impotẽs ad sol-
uendũ. ideo puniri nõ debet. A. lz
de subtilitate iuris ciuilis aliud pos-
set dici ꝑ. l. ad diẽ. ff. de v̄bo. obli.
vbi dicitur. Ad diem sub pena pe-
cunia ꝓmissa mortuo promissore
cõmittet̄ pena lz non sit hereditas
eius adita. Nã cũ hoc casu nõ pos-
sit puniri ꝯtumacia que nõ ẽ. illud
quod accipetur tolleret̄ solũ rõne
tꝑis. qḋ esset mere vsurariũ. ⁊ ideo
nec ex ꝯuentione partiũ nec ex ali-
qua lege introduci põt. ut in cle. ex
graui. ex eo. Item si debitor soluit
partẽ debiti nõ poterit exigi pena
nisi ꝓ parte non soluta. ut nõt In-
no. in dicto. c. suã. Posset etiã esse
pars nõ soluta ita modica ꝙ nul-
la etiã pena cõmittẽt̄. dicto. c. suã.
vbi dicit̄ ꝙ nõ debet exigi pena ab
eo qui ꝓmisit soluere. 40. infra ter-
minũ sub pena. ⁊ soluit. 33. ſ; debẽt
solũ exigi. 7. i. residuũ sortis. Ali-
qui tñ intelligũt illud. c. in clericis
qui nõ debent inhiare ad ista inho-
nesta lucra. ut ibi dicit̄. Sz ⁊ si in-
telligatur in clericis. tñ ⁊ in laicis
saltẽ ꝓ soluta pte obstabit petenti
exceptio. ut ꝓxime dictũ ẽ. Itẽ ⁊ si
de iure ciuili pena cõmitteret̄ non
obstante iusto impedimẽto. tñ cer-
tũ est ꝙ ꝓpter tale impedimentum
posset peti restitutio i integrũ. ff. ex
qui. cau. maio. l. i. B

23 ¶ Quid de eo qui occasione mu-
tuandi laborē subit? R°. ꝫm Ho-
sti. Talis in cōpensationē laboris
fructus pignoris vsq; ad ꝯueniēs
premiū facit suos. aut aliquid ꝓ
labore licite percipit. ex̄ de re. eccle.
non alie. ad nostrā. A. Idem in
sū. eo. ti. q. 24. B
24 ¶ Quid de eo qui mutuat naui-
ganti uel eunti ad nundinas rece-
pturus aliquid vltra sortē ꝓ eo ꝙ
suscipit in se periculū. i. si pecunias
uel merces inde emptas portaue-
rit saluas. al' nihil recipiat de sorte
R°. Sine dubio ē vsura. ex̄ eo na-
uiganti. q2 ꝓpter h̄ ꝙ suscipiat pe-
riculū nō fit licitus ꝯtractus vsu-
rarius. s. ꝙ possit recipe vltra sor-
tem. ꝫ tñ forte posset recipe preciū
periculi. q2 si nihil etiā mutuaret
ei. ⁊ ipse vellet in se recipe periculū
nauigātis. ut. s. si pdat merces ul'
pecuniā ꝓ ꝓmissore restaurabit ei
certe iste ꝓmissor licite ob h̄ posset
preciū recipe. ⁊ eodē mō si mutuat
dūmō nil plus exigat in fraudem
vsure. A. Hoc etiā videt' tenere
dñs Laurētius de florentia. Sed
istud videtur expsse cōtrā dictū. c.
nauiganti. vbi in isto casu dicitur
adesse vsurā etiā si id quod recipi-
tur rōne periculi recipiat' ibi. ꝓ eo
ꝙ suscipit in se periculū ⁊c. Itē q2
si haberet' respect⁹ ad mutuū. nul-
lum fuisset dubiū. ⁊ lex sup indu-
bitabili posita foret. qd̄ esse nō de-
bet. cum foret supflua. B
25 ¶ Sed nūquid est vsura si dum
emerem uel emere vellem merces
⁊ tu ad tuam instantiā fecisti me
cessare a pte emptiōis. ut tibi mu-
tuarem. ⁊ ego dico. volo ꝙ tu red-
das mihi tantū quantū essem i ta-
li loco habiturus de mercibus si
eas illuc deferrē. recipio tñ in me
periculū? A. i. cōputato periculo
⁊ dubio euentu. Nā cum lucrū sit
incertū. non pōt poni respectu eius
interesse certū ꝫm dñm Anto. de
bu. in. c. salubriter. ex̄ eo. ⁊ ideo nō
fiet cōputatio ex equo. ꝫ ex dubio
euētu pensatis circūstantijs tam
in hoc casu ꝙ̄ in sequēti. ut s̄. §. 15.
B. R°. ꝫm Ray. Non est vsura si
recipitur inde lucrū p̄dictū tanꝙ̄
int'esse. Con. Hosti. Et simili' ꝫm
W. si volebā emere terrā valentē
singulis annis. x. libras. ⁊ ad in-
stantiā tuā cessaui ⁊ mutuaui tibi
hoc modo ꝙ soluas mihi tantum
uel tantū sicut redderet expedite
illa terra deductis sūptibus ⁊ la-
bore. ⁊ etiam periculo si quod esset
Con. Hosti. Et vide h̄ s̄. §. 16. qui
incipit. Utrū vsure possint. ⁊ s̄. re-
stitutio þ. §. 5. A. Et idē qd̄ in h̄
§. nō. in sū. eo. ti. q. 28. et. q. 30. B
¶ Quid de his qui dāt nūc gra- 26
num ⁊ huiusmōi detus. ut postea
recipiant nouū? R°. scdm Ray.
Usuram cōmittunt. q2 meliorem
rem recipiūt. quod intelligit Ho-
sti. qñ aliquis ꝓpt' hoc facit ut illā
meliorationē lucretur. ex̄ eo. cōsu-
luit. et. c. in ciuitate. Si vo facit ne
suū frumētū peat. ⁊ inde accipiēti

gratiã faciat. non cõmittit vsurã.
Sȝ ⁊ tunc sine dubio excusatˀ qñ
ꝑsumitˀ ꝙ nouũ debeat minus va-
lere. Secus si ꝑsumitˀ ꝙ plus va-
lebit. ex̃ eo. naviganti. A. Idem
in sũ. eo. ti. q. 42. vbi etiã apparet
ꝙ illud qḋ hic in fine dicitˀ fuit di-
ctũ W. clarius sic dicẽtis. s. ꝙ nõ
audet istos ꝯdẽnare si ad hoc mu-
tuent ut subueniãt ꝓximo dũmõ
nõ auferãt ei libertatẽ liberandi se
interim soluẽdo debere. uel si pro-
babilitˀ dubitetˀ vtrũ plꝰ uel minꝰ
annona valitura sit tꝑe solutiõis.
Sȝ i h̃ casu dñs Pe. de anchorano
in. c. vsurarũ. ex̃ eo. li. 6. distiguit
sic. ꝙ aut ẽ verisimile ꝙ res mu-
tuata nõ erit ꝑciosior tꝑe solutio-
nis. uel de h̃ ꝓbabiliter dubitatˀ.
⁊ tunc nullũ est vitiũ. ex̃ eo. naui-
ganti. Aut ẽ verisimile ꝙ erit ꝑci-
osior. ⁊ tũc creditor aufert liberta-
tem debitori interim se liberandi.
⁊ est vsura. aut talem libertatẽ nõ
aufert. ⁊ vsura nõ ẽ. Sȝ si habuit
intentionẽ corruptã. ut sic a ꝑicu-
lo ꝯseruãdi se releuaret. peccat. lȝ
nõ sit vsura. Et hec diffinitio inni-
titˀ magne eq̇tati ꝫm Jo. cal. B
21 ¶ Quid de legibus illis que per-
mittũt vsuras? Rñ. ꝫm Ray. ⁊ di-
co breuiter ꝙ nõ valẽt nec tenent
Et hoc ꝓbo multipliciter. Primo
quidẽ ꝙ vsure ꝓhibite sũt aucto-
ritate dei que sup oẽs leges ẽ. Nã
cũ par in parem nõ habet imperiũ
ex̃ de elec. innotuit. multo minꝰ mi-
nor in maiorẽ. g̃ imꝑator terrenꝰ
non potuit cõdere legẽ ꝯtra deum
De hac mã ꝑs. 14. Qui pecuniã
suã nõ dedit ad vsurã. Et Luc. 6.
Date mutuũ nihil inde sꝑãtes.
cũ multis similibus. 2. q2 sũt cõ-
tra naturalẽ iusticiã. q2 venditˀ id
qḋ non ẽ. ut s̃. in. §. 5. dictũ ẽ. A
Et ibi latiꝰ in additione. B. Vñ
nãliter illicite sunt. & ꝯtra ius na-
turale nulla lex valȝ. dis. 8. q̃ ꝯtra
mores. ⁊ dis. 6. §. his ita. 32. q. 1.
flagitia. 3. q2 ⁊ i iure ciuili dic lex
ꝙ sacre leges nõ dedignãtˀ sacros
canones imitari. spẽaliter in matri-
monijs ⁊ vsuris. ut dicitˀ s̃. lex. §.
pst. ⁊ antepst. ⁊ habetˀ in Auten.
ut cle. apud ꝓpri. epis. coll. 6. sed
ꝫm canones non pñt exigi. g̃ nec
ꝫm leges. 4. quia dicit imꝑator
se amplecti q̃tuor cõcilia vniũsa-
lia adeo ut ꝑ ea suis legibꝰ dero-
getˀ. Sed in Niceno ꝯcilio qḋ est
vnũ de illis reprobantˀ vsure. dis.
47. qm̃. Et sic leges omnes i hac
ꝑte abrogate sũt. Ille tñ que per-
mittunt vsuras exigi rõne intelle
uel more. stare pñt si sane intelli-
gantur ut dictũ est s̃. §. 15. q inci-
pit. vtrũ vsure possint. et. §. 19. qui
incipit. Vtrũ vsure sint licite. A
Idem in sũ. eo. ti. q. 63. vbi tñ ad-
ditˀ ꝫm Al. ⁊ Tho. ⁊ Hosti. leges
vsuras ꝑmittentes nõ esse subla-
tas licȝ obseruande nõ sint. Hanc
aũt questionẽ tangit dñs Anto.
de bu. sup Rubrica ex̃ eo. ⁊ refert
Cy. ⁊ Ja. de bellaptica. ⁊ plures
iuristas modernos legũ doctores

tenere ꝙ iura ciuilia possunt ꝑmit-
tere ⁊ ꝑmittunt vsuras. sicut patet
in multis rubricis de vsuris. ff. et
C. ⁊ in multis alijs ꝑtibus iuris
dicunt non obstare ius diuinũ. qꝛ
lex hũana ex causa põt distingue-
re ius diuinũ. ut in. c. que in eccle-
siarũ. ex̃ de ꝯsti. ⁊ glo. in. l. fi. C. si ꝯ
ius uel vti. pub. Et licꝫ multa ex-
empla possent poni sufficiat vnũ.
Licꝫ. n. scriptũ sit ꝓs. 75. Vouete
⁊ reddite dño deo vestro. tñ lex hu-
mana qñqꝫ ex causa ꝑmittit votũ
nõ reddi ꝟ in aliud mutari uel in
alio redimi. ut patet in titulo ex̃ de
vo. ⁊ voti. redẽp. per totũ. Cãm ꝓ-
quare iura ꝑmittũt vsuras dicunt
esse. quia homines sũt ita parũ ca-
ritatiui. qꝛ nisi ꝑcipent ex mutuo
lucrũ. permitterẽt ꝓximũ mori ex
necessitate. ⁊ iõ ad euitationẽ ma-
ioris mali ꝑmittũt vsuras. quia de
duobus malis minus malũ ẽ eli-
gẽdũ. i3. dis. duo mala. et. c. neruí.
et. ff. de re. iur. l. quotiens. Dicunt
etiam non obstare ꝙ imperator se
subijcit quatuor ꝯcilijs. int̃ que ẽ
Nicenũ ꝓhibens vsuras. 47. dis.
qñ multi. qꝛ dicunt ꝙ imperator
subijcit se quo ad fidem ⁊ nõ quo
ad alia. Item dicũt nõ obstare ꝙ
ius canonicũ prohibet vsuras. qꝛ
illud obtinet quo ad clericos. uel
eccl'iastici iurisdictioni subiectos.
uel ꝓhibet eo mõ quo ius diuinũ.
Et ideo sicut non obstat ius diui-
nũ legibus ut dictũ est. ita nec ius
canonicũ. Sꝫ adũtendũ ꝙ ꝓdicta

sunt ex̃ꝓsse ꝯtra scripturã ⁊ veteris
⁊ noui testamẽti. Vñ ꝓs. 14.° dicit̃
Qui pecuniã suã nõ dedit ad vsu-
rã. Et Exo. 22.° dicitur. Si pecu-
niam mutuo dederis populo meo
pauꝑi qui habitat tecũ. non vrge-
bis eũ q̃si exactor. nec vsuris op-
primes. hec ibi. Et Luc. 6.° dicitur
Mutuũ date nihil inde sperãtes.
qõ trãsfertur ex̃ eo. ꝯsuluit. Iõ lex
humana nihil põt. qꝛ de illi q̇ con-
tradicit factori suo. Ysa. 45.° Nõ
ob. ꝙ lex humana põt distiguere
seu interꝓtari ius diuinũ. qꝛ illud
verũ est qñ ius diuinũ obscurũ est
uel ibi causa manifesta ad ꝟ indu-
cit. Al' seruat̃ regulariter qõ dicit̃
Deut.° 4.° Nõ addetis ad verbum
quod ego loquor vobis. neqꝫ au-
feretis ex eo. Similiter vbi lex nõ
distinguit nec nos debem' distin-
guere. l. fi. C. de cõtrahen. emp. cũ
multis alijs. Nec est hic aliq̃ cau-
sa ad distinguendũ. quia etiã na-
turalis equitas prohibet vsuras.
Unde scdm phm ꝓ politice. vsura-
ria pecuniarũ acquisitio est maxi-
me preter naturã. Preterea causa
allegata nõ est sufficiens. quia cõ-
tra illam nitit̃ auctoritas diuina.
non ꝑ permissionẽ sed ꝑ prohibiti-
onem ⁊ minationẽ. ut patet Exo.
22.° Si pecuniam mutuo ⁊c̃. ut s̃
Et clarius Deut.° 15.° Si vnus de
fratribus tuis ⁊c̃. Preterea circa
ius diuinũ interpretatio ꝓprie spe-
ctat ad sedem apostolicã. adeo ꝙ
q̇ illã nõ sequit̃ ostendit se ipꝛ ritũ

⁊ maliuolũ ⁊ non catholicũ ẜ he-
reticũ. ut ait Hiero. 23. q. i. c. hec ẽ
fides. Et sedes ap̃lica determinat
ꝙ pagina vtriusq; testamẽti indi-
stincte detestatur vsuras. ut dicit
Alexander tertius in ↄcilio late-
raneñ. ⁊ ex eo. q꞉ fere. ꝓpter quod
etiã idẽ Alex. in. c. sup eo. ex eo. di-
cit sup hoc nullã dispensationẽ pos-
se fieri p hominẽ. Vñ i dicto. c. sup
eo. ait. Cũ vsurarꝫ crimen vtriusq;
pagina testamẽti detestet᷑. sup hoc
dispẽsationẽ aliquã posse fieri nõ
videmus. q꞉ cũ scriptura sacra ꝓ-
hibeat p alterius vita mẽtiri. mul-
to magis ꝓhibendus ẽ q̃s ne etiã
pro redimẽda vita captiui vsura-
rum crimine inuoluatur. hec ibi.
Ecce quõ aperte ↄtradicit p̃dictis
hic tex. ⁊ formalit᷑ tollitur cã quã
ipsi allegabant iustã faciende di-
stinctionis. videlicet ut subueniat᷑
hominũ necessitatib⁹. q̃d hic dicit᷑
etiã de lege diuina valde ꝓhibitũ
⁊ iõ nec ẜm illã nec ẜm aliã posse
in hoc distingui ius diuinũ uel ca-
nonicũ. cui quo ad forũ ↄscie etiã
impator subiectus ẽ. 96. dis. duo
sũt. Vñ alij dicunt. ut super dicta
Rubrica refert dñs Anto. de bu.
ꝙ vsura a legibus nõ p̃ot permitti
in mutuo. q꞉ scriptum ẽ. Mutuũ
date ⁊c̃. ẜ in alijs ↄtractib⁹ sic. ut
C. de rei. vxo. ac. l. vna. §. exactio.
vbi dicit᷑ ꝙ si pecunia dotalis non
reddit᷑ vxori p⁹ solutũ m̃rimoniũ
infra ãnũ. extunc soluet᷑ tertia cẽ-
tesime ꝓ vsuris. i. oĩ ãno tertia ps
cẽtũ ꝓ cẽtenario. q̃si velint isti di-
cere. ꝙ in alijs ↄtractib⁹ q̃ mutui
lex diuina nõ ꝓhibeat vsurã. ⁊ iõ
lege hũana possit ꝑmitti. Sꝫ h̃ est
falsũ. q꞉ idẽ ẽ in equipollẽti q̃d in
mutuo. ut q̃ñ rõne termini aliq̃d
plus soluit᷑. ex eo. c. ↄsuluit. et. c. fi.
et. c. in ciuitate. Jacobus de Ra-
uen. dicit ꝙ nullo casu lex ꝑmittit
vsurã. nisi ↄ morosũ. i. ↄ illũ q̃ cũ
posset non soluit tp̃e quo debebat.
Et h̃ verũ est. q꞉ nõ est h̃ casu ꝓprie
vsura ẜ potius ↄtumacie pena. de
quo s̃. §. 22°. dictũ ẽ. Et sic ꝓprie
loquẽdo leges nec ꝑmittũt nec ꝑ-
mittere pñt vsuras. Unde glo. in
Auten. ad hec. de vsur. dic̃ ꝙ im-
perator correxit ꝑ iura nouissima
oĩa iura antiq̃ q̃ tractãt de vsuris.
⁊ q꞉ ex q̃ subiecit se ↄcilio Niceno
in q̃ vsure ꝓhibent᷑ ut dictũ est. nõ
ẽ verisile ꝙ voluerit aliq̃d statue-
re ↄ illud. C. de sũ. tri. ⁊ fide catho.
l. 2. vbi int᷑ alia sũt hec verba. Ni-
cene fidei dudũ a maiorib⁹ tradi-
tẽ. ⁊ diuine religionis testimonio
atq; assertione firmate obẜuantia
sp mansura teneat᷑ ⁊c̃. Nec ob. ꝙ
dicat᷑ h̃ intelligi q̃ ad fidẽ. q꞉ ⁊ ad
fidẽ ꝑtinet stare interp̃tationi ec-
clesie sup scriptura. ⁊ interp̃tata ẽ
reiecta oĩ distinctiõe vtroq; testa-
mẽto prohiberi. ut ex predictis pa-
tet. ⁊ non tñ se subijcit impator q̃
ad fidem. ẜ etiã quo ad oĩa eccle-
siastica. ⁊ ad forũ ↄscientie ꝑtinẽ-
tia. Unde dixit ꝙ non dedignant᷑
tur leges sacros canones imitari.

in Auten.ut cle.apud ꝓpri.epis.
ↄueniātur.primū.§.si ꝓ eccle̾sia
sticū.coll.6.Et velit nolit quo ad
p̄dicta subiectus est pape.dicto.c.
duo sūt.ꝫ diuino iuri quo ad oīa.
qꝛ dicit deus. Ego dn̄s ⁊ nō ali⁹
ysa.45°. Vn̄ ⁊ glo.in dicta Au
ten.ad hec dicit ꝙ si etiā imꝑator
voluisset nō potuisset ꝑmittere.qꝛ
seruus nō pōt ↄtra leges dn̄i sui.
Immo tenētes ꝙ aliq̄ casu vsura
simplex nō sit peccatū sunt hereti
ci ⁊ ut heretici puniēdi.ut ⁊ tenet
dn̄s Anto.de bu.in p̄fato loco.⁊
ꝓbatꝰ in cle.ex graui.de vsuꝛ. B
28 ¶ Utrum liceat accipere mutuū
sub vsura. R°. scd̄m Tho.2ª.2ᵉ.q.
78.Non licet inducere aliquē ad
mutuandū sub vsura. Licet tn̄ ab
eo qui paratus est facere ⁊ qui ex
ercet vsuras mutuū accipere sub
vsuris ꝓpter aliquod bonū.ut est
subuentio sue necessitatis uel al
terius.sicut etiā licet ei q̇ incidit
in latrones manifestare bona que
hꝫ ad hoc ut nō occidatꝰ.que tn̄ la
trones diripiēdo peccāt.Et intel
ligit ibi.nō solū de necessitate ab
soluta.ꝫ etiā de necessitate vtilita
tis.quā aliquis cōsequitꝰ agendo
negocia sua.sed hac cessante puta
cum accipetur ꝓpter ludū alee ⁊
huiusmodi.tunc ꝫm eundem ac
cipere ad vsurā est pctm̄ mortale.
A.Idem nōtꝰ i su.eo.ti.q.44.
Sed certe nō videtur iure ꝓbari
ꝙ pro sola cā vtilitatis liceat ad
vsurā accipe cum plus debeamꝰ

ponderare damnū spūale ꝓximi
q̄ꝫ nostrum tꝑale lucrū.s̄.scāda
lum.§.vtrū tꝑalia.Nec dictū uel
ratio Tho.se extendit nisi ad ab
solutā necessitatē videlicet sine q̄
non potest cōmode fieri.Et addit
Inno.in.c.super eo.ꝙ necessitate
īminēte extrema debet p̄mo quis
induci ut gratis saltem ꝑ mutuū
subueniat indigēti.qḋ si nollet.in
duci pōt ut sub vsuris saltē hoc fa
ciat.⁊ minus malū eligat videlꝫ
vsurā potius q̄ꝫ homicidiū. B
¶ Utrū accipe sub vsuris ꝓ alio 29
sit licitū. R°. Si hoc facio in serui
tiū vsurarij.ut ipse uel mutuet uel
lucretꝰ.teneor.qꝛ fautor eius sum
A.Hoc verū respectu peccati. Ad
restitutionē aūt nō teneor nisi fa
uerim vsurario in exactione.ut di
cetur.ī.vsura 5°.§.p̄. B.Si ꝓ
facio in seruitiū accipiētis.tunc ꝑ
illū modum licet qui dicitꝰ in p̄ce
denti.§.⁊ maxime si cā mei miti
ores vsure exigantꝰ ab illo.
¶ Sed q̇d si ego rogatus ab illo 30
qui vult accipe sub vsuris fideiu
beo siue ꝓmitto pro ipso ad h̄ ut
mitiores vsure exigantꝰ.nūquid
in h̄ casu possū accipe aliq̇d ab eo
R°. Nō.qꝛ sic essem ꝑticeps vsu
re in ea ꝑte quā recipio. Alij ↄtra
quia vti fideiussione alicuius nō
ē vsus pecunie.sicut nec vti pigno
ratione. Vn̄ sicut ꝓ pignoratione
rei mee possum aliquid accipe.ut
s̄.in 6°.§.dictū est.ita videtur ꝙ
possim recipe pro fideiussione. Sꝫ

primū tñ tutius. A. Et hoc vide-
tur verius. q2 accessoriū naturam
sequit principalis. ex̄ de re. iur. ac-
cessoriū. li. 6. Sicut ergo non li-
cet pro mutuo aliquid accipe. ita
nec pro fideiussione uł obligatio-
ne que succedit loco eius. Videt
enim pecunia manu breui. i. quo-
dam veloci intellectuali transitu
mutuata fideiussori ⁊ a fideiusso-
re debitori. uł etiam sine hoc ipsa
fideiussio nō est nisi ꝑpter mutuū
⁊ sic accedit ad illud ⁊ sequit eius
naturā. Nec ob. ꝙ fideiussor icur-
rit periculū si debitor efficiat non
soluēdo. q2 ⁊ hoc periculū incurrit
etiam ipse principalis creditor. ⁊
propter h̄ non pōt aliq̇d vltra sor-
tem recipe. imo nō tm̄ ꝑpter h̄ pe-
riculū. h̄ etiam si cū h̄ accipiat in
se periculū nauigationis uł itine-
rationis. propter hoc nō pōt aliq̇d
vltra sortem recipe. ex̄ de vsuris. c
nauiganti. ergo multo min⁹ ipse
fideiussor accessorius. Nec ob. q̄d
dictū est de re obligata ad pigno-
randū. q2 locatio ē ꝯtractus prin-
cipalis ⁊ ꝑ se. h̄ fideiussio ē obli-
gatio accessoria ad principalem
obligationem. B

31 ¶ Utrū marito liceat recipe do-
tem a patre vxoris qui ē vsurari⁹.
R. ꝯm W. Si pater nō sufficit ad
soluendū ea que habet de vsuris.
⁊ maritus sciens veritatē uel ha-
bens ignorantiā crassam contra-
xit cum filia. non debet recipe do-
tem a tali patre. Si autem nō pu-
tabat socerum esse vsurariū. uel
al' esse soluendo. qui tamē nō erat
potest dotem in solidum recipere.
licʒ postmodū sciat veritatem. hec
W. Tutius tamē dicitur ꝙ sciens
veritatem nō recipiat dotem. aut
si recipit restituat illis quibus pa-
ter tenebatur. A. Hoc verū si ac-
cepit res ab vsurario. per. l. cōmis-
soriā acquisitas. ut s̄. §. 13. in ad-
ditione. v. sed ad clariorem. al' nō
videtur teneri si habuit bonam fi-
dem. cū recipiat ex titulo oneroso
ꝯm eundē W. ⁊ in sū. eo. ti. q. 56.
Et facit quod dictū ē s̄. restitutio
þ. §. 13. in additione. v. item nul-
lus. Si autem in veritate socer de
alijs bonis est sufficiēs ad soluen-
dum. tunc gener indubitanter pōt
dotem recipere. B

¶ Utrū liceat creditori recipere 32
debitū quod ei vsurari⁹ debet. R.
ꝯm W. Si bona fide credidit ei
pecuniā. ut ex illa cōmodū suū fa-
ceret ⁊ lucrando forte ex ea se libe-
raret. recipere potest q̄d mutuauit
etiam si ille al' non sufficit vsuras
soluere. Si ꝓ alia causa credidit
puta ad ludendum in alea. uel ad
dandū meretrici. aut histrioni nō
debet debitū ab illo recipere q̇ nec
vsuras extortas sufficit restituere
A. Idem in dicta. q. 56. Et satis
potest comprehendi ex dictis s̄. re-
stitutio þ. §. 13. in additione. v. itē
nullus. B

¶ Utrū illi quibus debet ex con- 33
tractu uel quasi. aut ex maleficio

uł q̃ſi poſſint ħ recipẽ ab vſurario R°. ſm W. Sic.dũ tñ rem ipſam vſurariã non recipiant. Et idẽ dicendũ de quocũq3 raptore uel fure. A. Certe magna differentia ẽ inter rem vſurariã ꝑ legem cõmiſſoriam nõ queſitam ⁊ furtiuã ſeu raptã. Nam ⁊ talis res vſuraria recipi põt.dũmõ non in fraudem creditorum.ut colligiť ṡ.§.13°. in additione. B

54 ¶ Quid de coitatibus quarundã ciuitatũ que dant pecuniã ad vſurã? R°. ſm Ray. Oẽs illi ciues quorum auctoritate ⁊ ꝯſilio fiũt. vſurarij ſũt. Et eodẽ mõ ſi ciuitas uel coitas reciperet aliqđ pignus ⁊ fructus eius nõ cõputaret i ſortem.ex̃ eo. cõqueſtus.ar.14.q.i.ſicut vir.24.q.3.ſi habes.ff.quod met⁹cã.l.metũ.§.cũ aĩaduertẽdũ. Idẽ eſt de his qui ꝓhibere poſſunt ⁊ nõ ꝓhibent.ex̃ de ſen.exco.quante. A. Con.Hoſti.ut in ſũ.eo.ti.q.51. B. Et licʒ oẽs cõſentientes ꝑut dictum eſt cõmittant vſuram.tamẽ ſm W.nõ tenentur ad reſtitutionẽ niſi quãtũ ad eos peruenit.uel quantũ releuati ſunt ab expenſis quas feciſſent de ſuo. Illi tamen qui preſtiterũt auctoritatẽ uł preceptũ ad vſurã ⁊ huiuſmodi.ita ꝙ alꝫ ciues nõ feciſſent eam in ſolidum tenẽtur. A. Idem in ſũ.eo.ti.q.60. B

55 ¶ Quid ſi iude⁹ accipiat vſuras a xp̃iano? R°. ſcđm Ray. Mortaliter peccat.⁊ poteſt ab eccleſia compelli ad reſtitutionẽ indirecte s.ſubtrahendo cõmunionẽ xp̃ianoꝝ.extra eo.poſt miſerabilem.uł ſaltem tales cohercendi ſũt a p̃ncipibus ⁊ etiam a prelatis predicto modo ne exigant imoderatas vſuras.ex̃ eo.q̃to. A. Immoderata autẽ intelligitur omnis vſura.ut notat glo.in dicto.c.quãto. cum ſit contra moderamen diuine iuſticie.extra eo.ſuꝑ eo. Ideo iudei cogi debent ad omnẽ reſtitutionẽ vſuraꝝ.ut in cle.ex graui.ex̃ eo.que etiam intelligiť in iudeis. ut patet tibi ꝑ glo.ſuper verbo cenſura. B. Sed xp̃ianus licite recipit vſuras ab hoſtibus ꝯtra quos iuſtũ bellum gerit.maxime ſi ſint infideles.24.q.4.ab illo.qr accipit quod ſuũ eſt. A. Et in dicto c.ab illo.patet ꝙ hoc verum eſt reſpectu illarum rerũ quas quis a talibus hoſtibus poſſet etiam violenter rapere.⁊ non alꝫ.ut ⁊ poteſt colligi ex notatis in ſũ.eo.ti.q.61. B. De preſtantijs que fiunt in ciuitatibus. vide.ĩ.vſura.3°. §.pẽt. et fi.

Uſura ij°. circa aĩalia.

Utrũ liceat locare animalia pro certo frumento uł alia re annua. R°. ſcđm W. Licitus eſt contractus dũmodo conductor nõ grauetur ex imoderata mercede. A. quia in contractu locationis que eſt bone fidei. merces debet eſſe iuſta.⁊ cõueniens arbitrio boni viri

ut.l.si in lege.ff.de loca. B .Li-
citū est etiam apponere pactū de
dāno et lucro rei locate. q vtrūq
sit cōmune.sed non liceret appo-
nere pactum q damnū sit solum
conductoris nisi damnum quod
esset ex culpa sua. A .etiam leui
non autem leuissima.cum cōtra-
ctus cōcernat vtilitatem vtriusque
ut s. locatio. §.3. Posset etiam ex
pacto conductor in se periculum
rei suscipere. extra de deposito.c.fi.
vnde tale pactum non facit con-
tractum vsurarium licz posset fie-
ri in fraudem vsurarū. et forte sic
presumeretur si fieret a consueto
vsurario. ut in simili dictum est de
pena. s. vsura p. §.22. Potest etiā
tale pactū ex alio respectu q vsu-
rarum continere iniquitatē. An-
de idem W. dicit q pactum de cō-
municando damno uel cōmodo
rei locate iniquū est ex parte loca-
toris. nisi probabiliter dubitetur
vtrum locatoris uel conductoris
melior aut deterior sit cōditio. uel
nisi credatur q conductoris non
sit deterior cōditio. in pacto tamē
proposito videtur conductoris de-
terior conditio. quia vix aut nūq
potest habere tantum cōmodum
de melioratione bouis quantū po-
test habere de morte. Si tamē lo-
cator timens ne cōductor grauia-
ret bouem. pactum apponeret fir-
miter proponēs q si bos sine cul-
pa conductoris periret nihil exi-
geret ab eodem. non credo q pec-
caret nisi propter eorum scandalū
qui eius ignorarent intentionē. ut
in sū. li. 2. ti. 1. q. 35. B
¶ Quid si vnus habeat. 20. ca- 1
pita ouium. et alius. x. et cōmuni-
cant eas ad inuicem. et periculum
et emolumentū et expensas cōmu-
nicant pro rata. R. scōm W. Non
est cōtractus vsure sed societatis.
et possunt etiam cōuenire q de fe-
tibus recuperētur capita mortua
uel q de velleribus et pellib' emā-
tur capita ad augendum gregem
A .dum tamen seruetur equali-
tas inter eos. ita q ex huiusmodi
pacto non videatur esse deterior
conditio vnius q alterius. ut in
sū. eo. ti. q. 36. scōm eūdem W. Et
facit. l. si nō fuerint. ff. p socio. B
¶ Quid si quis habens. 20. ca- 2
pita tradat alicui custodienda et
pascēda sub certa mercede uel sub
certa participatione prouentuū
gregis? R. scōm W. Si domin'
tenet sibi periculum animaliū nō
est contractus vsure sed locatio-
nis. Secus si nō retineret pericu-
lum sed imputaret cōductori. A
Sed et si nō retineret sibi periculū
non ppter hoc esset vsura. nec h W.
dicit. ut patet in dicta. q. 36. h pos-
set cōtinere iniquitatem aliam. ut
dictum est s. in pncipio. B
¶ Quid si quis habens. 20. ca- 3
pita tradat alicui rustico custodi-
enda h mō q sint firma. q2 illa dat

ei estimata tanto precio. ꝛ lucrum
ꝛ damnū sit tm̄ rustici R. ſm W.
Nō est ꝯtractus vsure sed mutui.
quia idem ē ac si mutuaret ei pe-
cuniā de q̄ emeret tot aialia. A
Jmmo iste ꝯtractus potius ē em-
ptionis. qꝛ estimatio emptionem
introducit. ff. de iure do. plerūq;. ꝛ
ff. solu. ma. estimate. Et dicit dn̄s
Ange. de perusio. in suo tractatu de
societatib⁹. addēs ꝙ hoc casu tra-
dens animalia nihil aliud poterit
petere nisi preciū. quicquid enim
sorti accederet vsura esset. ex̄ eo.
ꝯsuluit. et. c. i ciuitate. nisi emptor
animaliū fruct⁹ recepisset ex aiali-
bus emptis ꝛ morā cōmisisset in
soluēdo preciū. quia tūc venditor
posset petere dictos fructus tanq̄
interesse. l. curabit. C. de ac. emp.
quod etiā obtinet de iure canoni-
co ꝛ de foro ꝯscientie. ut nōt glo.
in. c. cō questus. ex̄ eo. B

4 ¶ Quid si quis dat certa capita
ouium estimata certo precio. hoc
pacto ꝙ rusticus nō accipiat ali-
quā vtilitatē donec qui dederit re-
cipiat prius totā sortem ? R. ſm
W. Jniquū est valde pactū. sicut
etiam si quis paciscatur ꝙ anteq̄
rusticus accipiat aliq̄d restaura-
bit de fetibus oia mortua. His. n.
pactis est q̄si tradere oues imor-
tales. Et nota generaliter ꝙ q̄n
cōmunis est conditio. licitum est.
Secus vbi melior videt̄ conditio
vnius q̄ alterius. A. Jdem in
dicta. q. 36. vbi scdm eundem W.
clarius sic dicitur. Et generaliter
verum est ꝙ vbi probabiliter du-
bitatur vtrū illius uel istius sit de-
terior conditio in forma pacti ad-
hibiti in societate. non est peccatū.
vbi autem ad arbitrium boni viri
grauatur cōditio alterius. pecca-
tum est ex parte grauantis si scien-
ter hoc faciat. ꝛ tenetur ad restitu-
tionē. Non potest tamen dari do-
ctrina generalis super huiusmodi
traditionib⁹ animaliū propter va-
rietatē traditionū ꝛ dolos qui a
quibusdam sup talibus excogi-
tantur. Jtē dicit ꝙ in talibus pos-
sunt quādoq; cōcurrere ꝯtractus
mutui ꝛ societatis. ut cum habēs
zo. capita tradit ea estimata ali-
cui. puta pro. zo. solidis. ita ꝙ te-
neatur ei reddere medietatē sor-
tis. s. x. solidos. quicquid ꝯtingat
postmodū de ouibus. ꝛ tūc pinde
est ac si creditor dedisset ei mutuo
x. ex quibus compatis. x. capitib⁹
contraxisset societatem cum cre-
ditore habente. x. alia capita ita ꝙ
sint cōmunia. ꝛ ipsi sint socij in pe-
riculo ꝛ prouentibus. in quo casu
si cōmodatiōe mutui grauet cre-
ditor debitorem in ꝯtractu socie-
tatis. vsura est. B

¶ Quid si quis tradat oues mo- 5
nasterio ꝛ sub h̄ pacto ꝙ de qua-
libet oue recipiat annuatī solidos
duos. cū fructus eaꝝ valent lōge
plus. h̄ addit ꝙ etiā si oēs mori-
ant̄ ipse vult tm̄ fructū. ꝛ si valde
multiplicent̄ oēs sint monasterij?

R. scdm Hosti. Dico q licitum
e. nec potest ecclesia restitutionem
petere ex quo in traditione lesa no
fuit q uis mortalitas sequatur. et
h nisi oues infecte eent et ad mor-
tem parate. et hoc ignorauit mo-
nasteriu. ff. de mino. l. ex. §. si lo-
cupleti. Consulo tn tradenti q in
tali casu sentiat parte damni. A
Nam inspecto lucro qd fecit mo-
nasteriu in ouibus quas forte lo-
go tpe habuerat in solidu exigat
uel remittat. uel patiatur et sentiat
partem dani. scdm eundem Hosti. ut
in su. eo. ti. q. 39. B. nec cu iactura
monasterij velit locupletari. ex de
re. iur. locupletari. li. 6. et caueat
sibi tradens. quia nisi conuentus co-
sentiat. no tenetur monasteriu de
ouib. abbati vel cellerario et huius-
modicu predicto pacto datis. A
uel pacto consimili. scdm eunde Hosti.
ut in dicta. q. 39. B. ex de deposi-
to. c. b. A. Ut aute predicta cla-
rius intelligatur. sciendu q aialia
qnq traduntur ad solam custodia
uel ad aliqué recipientis vsum. et
aliqn recipiens aliquod precium
recipit p mercede aliquado aliqd
preciu prestat p vsu. et ideo interdu
dicitur conductor. interdu locator.
propterea his vocabulis promiscue
vtimur. l. veteres. cum se. ff. de ac.
emp. et in his est purus cotractus
locationis et coductionis. ff. depo-
siti. l. i. §. si quis seruu. Aliquado
vo pro custodia animalium reci-
pitur pars ipsoru fructuu. et hic est

contractus inominatus. pro quo
datur actio prescriptis verbis siue
in factum cu non interuenit pecu-
nia. tamen ide iudicatur de hoc qd
de locatione et conductione. dicto. §
si quis seruu. Et de his dictum est
s. in principio. et latius s. locatio.
Item 2. traduntur quadoq esti-
mata. ut lucrum et totu damnum
pertineat ad recipientem. et iste est
merus cotractus venditionis in q
potest aliquado vsura interuenire
de quo dictum est s. §. 3. in additi-
one. 3. traduntur animalia ita q to-
tum dominiu trasferatur in accipi-
entem sic q per eu meliorata post-
modu comunicentur. et isto casu no
est contractus societatis. nam per
societatem nemo desinit ee domi-
nus in totu rei tradite. sed est con-
tractus inominatus. do ut facias
ex quo oritur actio pscriptis ver-
bis siue in factu. ff. de prescrip. ver.
l. si tibi aree. Et si quidem melio-
ramentum no sequatur. videtur q
res integra debeat restitui. quasi
causa data et causa no secuta. et sic
sine causa accepta fuerit. ff. de con-
di. sine causa. per totum. nisi inceptu
sine culpa recipientis uel ad eum
pertinentium res perierit uel deteri-
orata fuerit. cum bone fidei posses-
sor no teneatur nisi inceptum sit fa-
ctus locupletior. siue ex re princi-
pali. siue ex fructibus eius. ff. de
peti. here. l. vtrum. et sic deberet etia
restitui fructus rei. habita distin-
ctione vtru fuerit bone fidei vel no

id est vtrum steterit per eum quin seruaret ꝯuenta. de quo s. restitutio ꝑ. §. 4. cum additionibus. Si ꝑo melioramētū ſm ꝯuentionē secutū fuerit. res coicari ⁊ ꝯtract⁹ societatis cōtrahi debet. dicta. l. si tibi aree. Et exinde idē de hoc dicet qđ ⁊ de societate. de qua. j. tangetur. 4. aialia tradūtur in societatem. Et hoc distinguendū. quia aliqñ sunt aialia grossa ut boues ⁊ similia. aliqñ minuta ut oues ⁊ h⁹. Si grossa. aliquādo dant̄ inestimata. aliqñ estimata. Si iestimata. aliqñ cum terra. ⁊ aliqñ sine terra. Si inestimata ⁊ sine terra. aut factū est pactum aliqđ. aut non. ꝑmo casu videt̄ ꝙ pactū seruandū sit. C. de pac. l. si pascenda. qđ sane intelligendū est dūmodo sit tale ꝙ arbitrio boni viri equalitatē ꝯtineat ꝯsiderata quantitate capitalis ex parte dantis. ⁊ estimatione opaꝝ ex parte recipiētis. Nam in iudicio seu ꝯtractu societatis semꝑ arbitriū boni viri versari debet. ut qui plus societati cōtulerit uel pecunie uel ope uel cuiuscūqꝫ alterius rei. ille plus de lucro recipiat. ff. ꝓ socio. l. si non fuerint. ⁊ l. in ꝓposita. Sꝫ ut clarius huius rei veritas appareat aduertendū ꝙ qñqꝫ pactū inter socios pōt fieri circa ipsum aial ⁊ capitale qđ in societate inestimatū positum est. qñqꝫ circa fructus eius. qñqꝫ circa tēpus quo societas durare debeat. ꝑmo casu postꝙ inestimatū datum est. nō videtur posse pacisci ꝙ periculum sit alteri⁹ ꝙ ipsius qui inestimatū dedit. cū regulariter ad ipsū periculū ꝑtineat ut dicit Bal. in dicta. l. si pascēda. Et notat dñs Ange. ꝑfatus i suo tractatu de societatibus. Sed hoc potest intelligi nisi tradens aialia in alio grauaret̄. puta qꝛ recipiēs nollet teneri de ꝑditione aialium nisi ꝓ parte. etiam si culpa sua perirent. sicut ꝯtingit in aliquib⁹ locis. Nam q̇ in vno grauat̄. in alio releuari debet. ff. de re. iur. ſm naturā. Itē aliud videtur dicendū de capitali pecunie etiā ſm eosdē doc. ut pꝫ s. societas 2. §. ꝑ. Et h̄ forte ideo. quia pecunia uel res similis ipso vsu cōsumitur. ⁊ sic in ipsa societate totaliter exercet̄. qđ secus est in aialibus que sic nō ꝯsumūt̄ sed quādoqꝫ melioranť. Unde sicut melioramentū pertinet ad tradentem. sic debet ⁊ periculū ꝑtinere. dicta. l. ſm naturā. Item scđm eūdem dñm Ange. vbi s. ut in h̄ casu equalitas seruet̄. in fine societatis illud aial qđ ꝓ capitali positū est ꝑcipuū debet esse ipsius ponentis. ⁊ quodlibet pactū qđ contra fieret non videtur equalitatē ⁊ equitatē ꝯtinere ⁊ sic inualidū fore. Item quod dictū est recipientē nō teneri de periculo capitalis. fallit si illud euenerit ex culpa sua. qꝛ tunc de illo in solidū teneretur. l. cū duobus. §. si in coeunda. et. §. damna. ff. ꝓ socio. Et ex his iquit

patet qꝫ non alr liceret socio q̄ animal inestimatum posuit pacisci qꝫ de primis fructibus capitale suū retrahere possit. Si vero pactū fuerit circa fructus ut circa fetum uel lac uel frumētum quod ex opera boum queri posset. uel ex trituratione equaꝝ ⁊ similia. tunc si cōuenit iuste ꝯsuetudini seruandum ē. Si vero de cōsuetudine non appareat. cōtinere debet equitatem arbitrio boni viri. s. ut ille plus recipiat qui plus societati cōtulit. ꝭm eundem Ange. ut ⁊ pretactum ē. Sed si pactū fuerit circa tempus tūc similiter equitas arbitrio boni viri seruanda est ꝭm quā consueuit qꝫ in animalibus grossis quinquēnio talis societas perseueret. Non ergo videtur tutum per pactum minori tēpore contrahi presertim in foro conscientie. cum nō videretur posse transire sine iactura uel dāno alterius socioꝝ ꝭm eundem. ad quod etiam allegat quandam extrauagātem constitutionē inter extraordinaria capitula feudoꝝ de qua. ī. Et si inter partes nullum sit pactum factū. tunc debet seruari cōsuetudo loci. Nam inter partes actum videtur quod consuetū est. ff. de edili. edic. l. qꝫ si nolit. §. quia si assidua. ⁊ de aqua plu. arcen. l. si ꝑus. §. recte placuit. dum tū ꝯsuetudo ꝯueniat arbitrio boni viri. ⁊ nō alr. dicta. l. in ꝓposita. ff. ꝓ socio. eo. ti. l. si non fuerint. Si vero nec pactum nec cōsuetudo appareat hoc casu quando contrahitur societas sup. animalibus grossis inestimatis ⁊ sine terra. dicit idē dn̄s Ange. Reperio quedam iura extrauagātia inter extraordinaria capitula feudorum. quoꝝ vnius Rubrica dicit. Consuetudo societatis iumentoꝝ. Et sic sequitur ad lrām in nigro. Si quis dederit iumentum iure societatis. ille qui accipit debet tenere ꝑ quinqꝫ annos si nihil dictū est de tpe. ⁊ oēs poledri debet esse cōes ⁊ id quod q̄sierint tpe triturationis. ⁊ in capite quinqꝫ annoꝝ sepaṙ societas. ⁊ ille q̄ dedit hr̄e debet iumētū añ partē. ꝭ si ille q̄ accipit dedit tertiā. s. partē ꝓcij in emēdo iumentū. ꝭm glo. tūc iumenta ⁊ oia partiēda sūt ꝑ mediū. Et si amiserit iumentū culpa sua qꝛ non custodierit. emēdare tunc debet. ⁊ sequiṫ alia Rubrica. Consuetudo societatis vaccaꝝ. Si q̄s dederit vaccā alicui ut hr̄et eā iure societatis. ⁊ nō dixerat de tpe. debꝫ eam tenere ꝑ quinqꝫ annos. ⁊ oēs vituli debent ptiri ꝑ mediū. ⁊ ille q̄ dedit vaccam debet hr̄e eam ꝑ capite saluo si nihil dictū est. ⁊ ille q̄ suscepit non dedit de suo in precio vacce. alioquin si partē precij dedit. dicit glo. tertiam. per ea que s̄ dicta sunt in iumētis. Sequiṫ. oia debent partiri per medium. Et si is qui accepit amiserit vaccam culpa sua quia custodē nō misit uel nō bene custodiuit ⁊ ꝓpter hoc vacca

amissa est. quia fures abstulerunt uel lupus eã comedit. debet emẽdare socio suo. Cũ ꝟo dicta animalia inestimata dãtur cum terra. i. ꝙ quis dat animalia omnia ⁊ terram. cum in dubio ut Hosten. sum est totum periculũ animaliũ ptineat ad dñm posset dñs qui ponit boues ⁊ terram paciscí ut maiorem partem fructuũ terre recipiat. cum rusticus tm̄ operas ponit nisi opera rustici ⁊ eius industria magis estimetur ꝙ̄ fructus qui venire possent simul ex bobus ⁊ terra. quia tũc nõ solũ fruct⁹ terre equis partibus partiẽdi essent sed etiã de ipsis rusticus plus haberet. dicta. l. si non fuerint. scd̃m eundem. Si autem dicta animalia estimata tradũtur. tunc periculum casu fortuito inter socios est cõmune. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Et tenet Bal. in dicta. l. si pascenda. C. de pac. Aliqui tñ distinguere videnẽ. qꝛ aut ẽ damnũ fortune. ⁊ ꝓcedat quod dictum est. aut damnũ nature. i. quod ꝓcedit ex natura. Et hoc ptineat solum ad tradentẽ animalia. Sꝫ certe hoc iure ꝓbari nõ videẽ. Nec est ratio diuersitatis. imo cũ melioramenta etiã naturalia hoc casu coĩcenẽ. ut dicta. l. si. non fuerint. ꝯuenies est ut similiter ꝑicula diuidanẽ. nec mirum si hoc casu fit talis coĩcatio. quia estimatio introducit emptionẽ etiam in ꝯtractibus in quibus de sui natura nõ

transffertur dominiũ. puta in locatione. ff. locati. l. 3. nisi sit aliud expresse cõuentũ. ff. de ꝯtrahen. emp. l. cũ manusata. §. nemo. uẽ nisi ex ꝯsuetudine aliud inducaẽ. cum ut dictũ ẽ intelligitur actũ qd̉ est cõsuetum. dicta. l. ꝙ si nolit. §. quia assidua. ff. de edili. edic. dicta ergo estimatio introducit in dubio emptionẽ. ar. l. estimate. ff. solu. ma. Et habeẽ ꝓinde acsi ille q̇ dat dicta aĩalia mutuasset socio medietatẽ precij ⁊ ipse posuisset aliam medietatẽ. ⁊ coiter ab ipsis fuissent empta. Et ideo nõ mirum si quilibet ꝓ rata de periculo tenetur qñ sine culpa alterius sociorũ ꝓcessit. alẽ illius solius erit damnũ cui⁹ culpa contigit. ut in dicto. §. damna. Circa fructus aũt ⁊ tempus quo societas durare debeat eadem dicẽda sunt que ⁊ dicta sunt s̃. in ꝓximo casu quando inestimata traduntur. ut. s. semper equalitas arbitrio boni viri seruetur. ꝑ iura ibidem allegata. Aũ hoc casu postꝙ̄ quilibet socioꝝ ponit tantundẽ respectu precij animalium que estimata tradita sunt. ⁊ socius rusticus plus ponit respectu oꝑarum ⁊ custodie. non videẽ ꝙ fructus per mediũ diuidi debeant. Et ait dict⁹ dñs Ange. De hoc alẽ dubitari vidi. ⁊ putarẽ arbitrio boni viri conueniri ut equalitas seruetur. ꝙ si talis custodia ⁊ cura animalium quã ponit socius rusticus fiat aut fieri posset ꝑ infantes aut ꝑuulos

quoꝝ opere nõ ſũt in magna eſti-
matione lꝫ alique ſint. tunc ſi ali-
quam vtilitatẽ ex aialibus ꝑcipit
plus ruſticus ſocius ꝙ alius. ut
fimi ⁊ lutaminis q̃ veriſimilr̃ cũ
opa paſtoris cõpenſari poſſũt. iu-
ſte fructus equaliter diuiduntur.
Si vͦo paſtoris opere quas ponit
ruſticus aut poni facit ſiue alij ſũ-
ptus. puta palearũ. feni ⁊ ſimiliũ
excederent cõmoditatem lutami-
nis. tũc ut equalitas ſeruet̃. iuſte
ruſticus ante partẽ aliquid ꝓ pa-
ſtoris opera recipere debet quod
equaleat ei qꝺ plus ponit. dicta. l.
ſi non fuerint. alr̃ ſi tradens aialia
vellet equalem portionẽ. videret̃
velle precium mutui facti ſocio de
ꝑcio medietatis ſortis. ⁊ ſic vſu-
ram cõmitteret. cũ quicquid acce-
dit ſorti vſura ſit. 14. q. 3. pleriqꝫ.
